

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRÆ, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,
OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

*QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD TEMPORA CONCILII TRIDENTINI (ANNO 1545) PRO LATINIS
ET CONCILII FLORENTINIS ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :*

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIMA
ECCLESIE SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS, AUCTA; INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM, DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS, STATISTICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM DOGMATICUM, MORALE, LITURGICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ulla EXCEPTIONE; SED PRÆSERTIM DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM OMISSEO, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SCORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUARUM FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA POSTERIOR,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIE GRÆCÆ
AB ÆVO PHOTIANO USQUE AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA :

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ clerici universæ

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIE, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA. LATINA, JAM PENITUS EXARATA, QUOAD PRIMAM SERIEM VIGINTI-QUINQUE ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, MOXVE POST PERACTOS INDICES STABIT, AC QUINQUE-VIGINTI-CENTUM ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALIS AMPLICTUR, ET AD NOVEM ET CENTUM VOLUMINA PERVENIT, SED SINE INDICIBUS; POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA QUINQUE ET QUINQUAGINTA VOLUMINA RETINETUR. UTRAQUE VIGESIMA QUARTA DIE DECEMBRIS 1860 OMNINO APPARUERAT. UNUM-QUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTRIQUE VERO, UT PRETII HUIUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM, 326 VOLUMINIBUS PRO AMPLIORI EDITIONE ET 272 PRO MINORI ABSQUE INDICIBUS CONSTANTEM, COMPARET NECESSE EBIT; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. ATTAMEN, SI QUIS EMAT INTEGRE ET SEORSIM COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO NOVEM VEL PRO SEX FRANCIS OBTINEBIT. ISTE CONDITIONES SERIEBUS PATROLOGIÆ NONDUM EXCUSIS APPLICANTUR.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CIX.

HISTORIÆ BYZANTINÆ SCRIPTORES POST THEOPHANEM.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE, EDITOREM,
IN VIA DICTA D'AMBOISE, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER
NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUË, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISIENSIA.

BR
GO
.M61
v.109

SÆCULA IX-X. ANNI 813-948.

HISTORIÆ
BYZANTINÆ
SCRIPTORES POST THEOPHANEM,

EX EDITIONE FRANCISCI COMBEFISII;

ACCEDIT

JOSEPHI GENESII

HISTORIA DE REBUS CONSTANTINOPOLITANIS;

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ

SIVE

CURSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS UNICUS.

VENIT 9 FRANCIS GALLICIS.

EXCUEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER*
NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MOENIA PARISINA.

1863

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CIX CONTINENTUR.

SCRIPTORES POST THEOPHANEM EX EDIT. FR. COMBEFISII

ANONYMI continuatio Theophanis libris iv, Constantini Porphyrogeniti imp. jussu scripta.	col. 15
CONSTANTINUS PORPHYROGENITUS De vita et rebus gestis avi sui Basilii Macedonis.	225
ANONYMI libri duo De vita Leonis Philosophi, Alexandri et Romani junioris, impp.	369
ANONYMI Dissertatio steliteutica contra Iconomachos, scripta circa an. 745.	499
JOANNIS, monachi Hierosolymitani, narratio de origine motuum Iconoclastarum.	517
JOANNIS CAMENIATÆ Narratio de excidio Thessalonicae; præmittitur excerptum ex miraculis S. Demetrii martyris.	519
GREGORII monachi ex Vita Basilii Junioris.	653
SYMEONIS Magistri et Logothetæ Annales a Leone Armeno ad Nicephorum Phocam.	663
GEORGII monachi Vitæ recentiorum imperatorum.	823
JOSEPHUS GENESIUS.	
Historia de rebus Constantinopolitanis.	985

NOTITIA

IN

HISTORIÆ BYZANTINÆ SCRIPTORES POST THEOPHANEM.

(FABRIC. *Biblioth. Gr.* VI, 348.)

Venit jam recensendum volumen *Scriptorum post Theophanem*, sive qui historiam Byzantinam ab Leone Armenio, Mich. Curopalatæ imperatoris, in quo desinit Theophanis Chronicon, successore, produxerunt usque ad Nicephorum Phocam imp. et ex mss. codd. recensiti atque versione donati sunt a Francisco Combessis, ord. prædicatorum congregationis S. Ludovici, sed lucem demum viderunt post ejus fata (a), Paris. 1685, fol.; unde etiam adnotationes quas in hos scriptores vir doctus parabat, desiderantur. Scriptores ipsi hoc ordine leguntur :

1. ΑΝΟΝΥΜΙ (quem incerta conjectura Leontium Byzantinum vocari video a Labbeo in *Protreptico*, p. 14 et 46) *Chronicon*, Theophani continuando Constantini Porphyrogeneti jussu conscriptum libris IV (b), de totidem imperatoribus : lib. I, *De Leone Armenio*, qui A. C. 813 cœpit imperitare ; lib. II, *De Michaelæ Balbo* ; lib. III, *De Theophilo* Michaelis, et lib. IV, *De Michaelæ* Theophili filio, quem necesse sublato scribit 24 Sept. anni Græcorum 6376, hoc est Christi 868. Græca Combessius vulgavit ex apographo Barberiniano codicis ms. Vaticani (*), quod Holstenius Roma transmiserat. A Constantino Porphyrogeneto, vel ejus nomine verba quædam inserta videntur lib. II, ubi de Creta a Saracenis liberanda sermo, p. 51.

2. CONSTANTINUS PORPHYROGENNETUS imperator, A. C. 959 extinctus, de vita avi sui Basilii Macedonis, qui Michaeli Theophili filio A. C. 868 successit, quemque notat cum illo decessore suo Michaelæ annum unum habenas imperii gessisse, deinde vero alios annos undeviginti solum rerum summan præclare administrasse, usque ad annum nimirum 888. Vita ista jam lucem viderat, cum Leonis Allatii versione, in ejus *Συμμικτοῖς* A. 1653, 8°, divisa in sectiones sive capita 70. Sed Combessius Græca ad jam memoratum apographum Barberinianum recensuit, novam adjunxit versionem, et sectionibus 401 aliter atque Allatii dispescuit, quæ diversa capitum distinctio crucem solet figere citantibus scriptorem, vel citata loca inquirere cupientibus. Quod in titulo legitur : *Ἱστορικὴ διήγησις τοῦ βίου καὶ τῶν πράξεων Βασιλείου τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως, ἣν Κωνσταντῖνος βασιλεὺς ἐν Θεῷ Ῥωμαίων ὁ τοῦτου υἱὸς, φιλοπόνως ἀπὸ διαφόρων ἀπορίας διηγημάτων τῷ γράφοντι προσανέθετο*, per τὸν γράφοντα intellige auctorem quatuor præcedentium librorum, quibus hanc vitam bona venia imperatoris subnexuit, et qua testatur se deterritum esse, ne et ipse vitam Basilii scriberet, ita enim Anonymus ille Chronici scriptor in præfat. ad eundem Constantinum, cujus jussu ad Theophanem continuandum accessisse se profitetur : *Εἰ καὶ τὸ ἀοιδίου σου πάππου, τοῦ ἐν βασιλευσί εὐκλεοῦς Βασιλείου τὰ πρὸς τοῦ ἱστοροῦμενα, καὶ μετὰ πάσης σαφηνείας καὶ λόγου εὐκοσμίαις κατὰ τὸ τῶν γενομένων ἀληθὲς καὶ εὐκρινὲς εἰς τὸ φανερὸν παρὰ τῆς σῆς κλυμαθεστάτης εἰδήσεως ἐξαγορευθέντα, περιττὸν ἂν εἴη οὐδοτιοῦν διηγήσασθαι*. Labbeum, qui hanc vitam non a Constantino ipso, sed ab alio ejus jussu scriptam esse suspicatus, refellit Martinus Hanckius *De Hist. Byz. scriptoribus* p. 473, atque solus ille (Hanckio nec visus scriptoris anonymi locus, nondum enim prodierat) sufficit ab Labbei et qui eum sequitur Cavei (ubi de Leontio Byz. chronographo agit ad A. C. 920) conjecturam elidendam.

3. ΑΝΟΝΥΜΟΣ (alius ut videtur et succinctor quam qui priorum quatuor librorum est auctor) *De rebus Leonis Philosophi*, qui Basilii filius et successor fuit, pag. 217-232. *De Alexandro Leonis fratre* p. 235, 234. *De Constantino Porphyrogeneto Leonis F.*, qui puer septennis pervenit ad imperium, et primos septem annos sub Nicolao patriarcha et aliis tutoribus, matre Zoe, annos sex et viginti cum Romano Lacapeno, socero, ac denique solus annos quindecim præfuit, atque ita per annos LV vixit dignitatemque imperatoris gessit : pag. 235-292. Et *De Romano juniore Constantini Porphyrogeneti filio*, pag. 293-300.

(a) Obiit Combessius Parisiis A. 1679, 23 Jun., ætatis 47. De ejus vita consulendi Carolus Peraultus in *Viris sæculi XVII illustribus qui in Gallia claruerunt*, tomo II, pag. 48, et Lud. Elias du Pin

in *Bibliotheca scriptorum ecclesiasticorum*, t. XVIII, pag. 99.

(b) Librorum distinctionem ab ipso auctore esse patet ex pag. 408.

(*) «Codex ipse,» inquit Immanuel Bekkerus in Præfatione ad editionem Bonensem anni 1838, (cum post pacem Tolentinam Parisios devenisset, a Carolo Benedicto Hasio descriptus est in illo codicum Italicorum Parisios translato catalogo, quem gravi litterarum damno diu desideratum tandem aliquando speramus proditum. Inde compertum librum hujus argumenti, quod sciamus, unicum inter Vaticanos numerari 167 esseque membranaceum, quadratum, sæculo XII nitide scriptum, sine mutilum, cætera, si primam excerptis paginam, bene conservatam, foliis 168.)

Plura promittit ille scriptor de Theophili urbis præfecti (p. 275) et de aliorum summæ in aula CPol. auctoritatis virorum moribus, quæ non exstant, certe lucem non viderunt.

4. **ΑΝΩΝΥΜΟΥ** *Dissertatio stelitentica contra Iconomachos (c) et synodum Copronymianam*, scripta circa A. C. 745, atque adeo ante septimam synodum sive Nicænam secundam, p. 303-314.

5. **JOANNIS** *monachi Hierosolymitani, narratio de origine motuum Iconoclastarum*, p. 319, 313. Idem hic Joannes (forsitan Hierosolymæ urbis postmodum episcopus) cujus λόγος ἀποδεικτικὸς de sacris imaginibus ad Constantinum Cabalinum sive Copronymum edidit Combefisius t. II *Auctarii novi*, sive in *Historia Monothelitarum*, pag. 665, et quam codices alii tribuunt Joanni Damasceno. De codice Regio, ex quo duo hæc opuscula Combefisius descripsit, et in quo etiam leguntur testimonia Patrum quæ pro imaginibus in synodo Nicæna secunda afferuntur, videnda clarissimi Montfauconi *Palæographia Græca*, p. 65, 66. *Videri autem potest*, inquit Combefisius, *præclarus ille codex quasi δ-πλοθήκη universalis, collecta habens præcipua quoque Catholicorum adversus hæreticos (Christi maxime mysterium impugnantes) munimenta. Ex illo illustris Petrus de Marca* Vigiliæ confirmationem quintæ Synodi pridem produxit (d), tametsi non omnibus ejus fidem fecit. *Ipse certe qui librum composuit, tantaque in eo Patrum ac conciliorum digessit, de hac confirmatione quasi non plane illi exploratæ veritatis ac nutantis fidei, scripsit repertam esse inter acta quintæ synodi.... Habet hic codex* Leontium De sectis, *longe editis emendatiorem, et auctoritatibus quæ illic desiderantur, auctiorem. Ὁδηγοῦντα plura capita (quem omnem pluraque ejus complectitur) nova ac illo facere liceat, sic editis laborantia, ut nec ipse Anastasius sua agnosceret, etsi omnia decoquit vulgator et interpres.*

6. *Ex narratione de miraculis S. Demetrii martyris (e), ἐκ τῶν τοῦ ἀλοφόρου Δημητρίου ἐν μερικῇ δι-ηγήσει θαυματουργιῶν*, fragmentum de revelata ab ipso excisione ac direptione Thessaloniciæ, p. 314-316.

7. **JOANNIS** *CAMENIATÆ*, Thessalonicensis, narratio diserta et elegans A. C. 904, scripta ad Gregorium Cappadocem, *De Thessaloniciæ excidio* cui scriptor ipse interfuit, et quam illo ipso anno (Leonis Philosophi xix) cepit Leo Tripolites, Agarenorum dux. Hæc prius cum Allatii versione prodierat in ejus *Συμπελοῖς*, vulgatis a Bartholdo Nihusio 1653, 8. Sed Combefisius iterum recensuit, et novam interpretationem suam adjunxit, divisitque in capita 79, cum in Allatiana editione dispescatur in sectiones 45. Hic Cameniata, patre exarcho Helladii natus, fuit in clericorum ordine lector, et Ecclesiæ Thessalonicensis cubuclesius, hoc est qui metropolitanum in publicum procedenti pedum archiepiscopale præferret. Dicitur etiam τῶν ἐν τοῖς οἴκοις τῶν βασιλείων τετραγμένων εἰς. Vide cap. 55 edit. Combefisianæ (Allat. 36) et Hanckium lib. 1 *De scriptoribus Hist. Byz.*, cap. 22.

8. **DEMETRII** *CYDONII*, Thessalonicensis, *Monodia* sive comploratio ἐπὶ τοῖς ἐν Θεσσαλονικίᾳ πεισοῦσι, *de clivibus qui in dissidiis, seditione ac tumultu intestino Thessaloniciæ* A. C. 1343 sub imperio Joannis Cantacuzeni perierunt. P. 385-392. De illo tumultu Gregoras xiii, 10, et Cantacuzenus iii, 94.

9. *Pars ex Vita Basilii junioris anachoretæ CPol.*, A. C. 944 vel 952 extincti, scripta a Gregorio ejus discipulo, de Constantini Ducæ clade et interitu, quem Constantino Porphyrogeneto ad huc puero ad imperium vocare Nicolaus (f) patriarcha et alii quidam instituerunt, pag. 394-399. Vitam illam Basilii anachoretæ integram vulgavit Henschenius tomo III Act. Sanctor., ad 26 Martii, p. 668, Latine ex versione Combefisii, et Græce ad calcem voluminis pag. 24, ex ms. codice Mazariniano, Antwerp. 1684, fol.

10. **SYMEONIS** *magistri et logothetæ Annales a Leone Armeno usque ad Nicephorum Phocam* (pag. 401-498) ex codice ms. Raphaelis Tricheti du Fresne, ex cujus libris, ipso defuncto, in gazam regis Christianissimi est perlatus. Scripsit Symeon iste similiter *Annales ab orbe condito*, qui hæcenus lucem non viderunt, exstantque in altero ac majori regio codice qui in Leone Armeno desinit, videturque in illa priore parte, leviora opera auctor perfunctus, et in multis Theophani consonat, quem et ipsum constat desinere in Leone Armeno. *Ascriptum majori illi codici Regio*, inquit Combefisius, *alia manu, pauloque recentiori: hic est Metaphrastes; cujus tanti visi sunt Annales et Chronica Hippolyto Thebano, ut ea omnibus anteponat.* Vide Hippolyti verba apud Allatium *De Simeonum scriptis*, p. 34, qui Simeonem Metaphrasten magistri et logothetæ cursus primum, tum etiam generalis logothetæ dignitatem gessisse pluribus disputat. Exstant etiam hi Simeonis Annales in Bibl. Cæsarea, in quam illos intulit Bushequius, ut notatum Lambecio lib. II, pag. 588. Quoniam tamen in codice Raph. Tricheti du Fresne, Chronico huic postremum inserta Mich. Psehi historia, Combefisius t. I, *Bibl. Patrum concionatoriarum* suspicatur alterius esse Simeonis quam Metaphrastæ, et fortasse illius qui orationes xxiv collegit ex operibus S. Basilii: quippe Metaphrastes paulo ante Psellum in vivis esse desiit. *Ni ipse Psellus, Symeonis illi Chronologiæ ex ix historicis, se decimum adjunxit,*

(c) Inscrubitur *Dialogus*. Sed nihil habet quod dialogum referat.

(d) In Diss. de epistola Vigiliæ, Paris. 1642, et ad calcem operis *De concordia sacerdotii et imperii* inter dissertationes varias Petri de Marca, pag. 207, 227 seq. Vide et Baluzium ad lib. v ejusdem operis

cap. 12.

(e) De hoc Demetrio vide Baronium ad Martyrolog. 8 Octobr.

(f) Vehementer eo nomine in Nicolaum scriptor hic invehitur, vocatque eum per ignominiam, p. 598, ἀρχόλαον, et p. 399, ἡττίλαον.

sive alii addidere: opus certe a Theophane ad explendam Historiam Byzantinam summe necessarium... Pselli Historia lucis plurimum accipiat, ex ejus Epistolarum lecta manu ad imperatores, Cæsares, summosque sæculi principes ac magistratus, ad patriarchas, metropolitans, Ecclesiarum antistites ac præses, ne Mich. Cerularii pro synodo accusationem dicam, ejusdemque a Constantini Lichudis qui illi suspectus est, necnon Xiphilini πεταφλους, luculentissimas scilicet in eos laudationes, viros nimirum qui utraque militia CPoli egregie fulserunt, ac illo dicente, qui ipse publicarum curarum iis socius, ac πολυτευόντων fere summus, Constantino præsertim Monomacho imperatore, ad quem et politici scripti non spernendi tractatus. Præter Mich. Pselli Historiam etiam Leonis Diaconi similem lucubrationem edere Combefisius altero statim volumine constituit, sed morte prævento viro illo maxime industrio, nemo fuit hactenus qui litterarum studiosos hoc beneficio obligaret (*). In codice Regis Galliæ 1837, præter Mich. Pselli, φιλοσόφων ὑπερτίμου, epistolas et de casu templi S. Sophiæ atque in Joannem patricium Monodias, exstat ejus *Varia Chronographia a Basilio et Constantino Porphyrogeniti ad Michaellem Ducam*. In alio codice ejusdem thesauri Regii occurrit *Leonis Diaconi Historia ab excessu Constantini Porphyrogeniti ad Joannem Tzimiscem* sub quo scriptor ille vixit. Δείοντος διακόβου ιστορία ἀρχομένη ἐπὶ τῆς τελευταίας τοῦ αὐτοκράτορος τοῦ ἐπιλεγόμενου Τζιμισχῆ. Utrouque et Psello et Leone Diacono ms. usus in Glasario suo Græco concinnando et in aliis scriptis suis præclarus Cangius. Ex Chronico ms. continuatoris Theophanis, et altero iudem ms. Simeonis Logothetæ nonnulla de xlii martyribus Amoriensibus per Saracenos circa A. C. 841 occisis referuntur ab Henschenio t. I *Act. Sanctor. Martii*, pag. 466, 467, et Græce pag. 894 seq.

11. Denique collectionem Combefisianam scriptorum post Theophanem claudunt *Georgii monachi Blos τῶν νέων (g) βασιλέων, Vita imperatorum Leonis Armeni, et qui post eum rebus præfuerunt*, usque ad Romanum Lacapenum, cum jam Constantinus Porphyrogenetus solus imperitaret, defunctum A. C. 948. Diversus est hic Georgius a Georgio Hamartolo, cujus Chronicon ab exordio mundi ad Michaellem Theophilum filium, sub quo ipse vitam agebat, adhuc ms. delitescit in variis bibliothecis. Utriusque et tertii insuper Georgii monachi Chronicon sive Historiam ms. evolvisse se testatus est Raderus in *Viridario sanctor.*, notis ad Vitam Ignatii patriarchæ CPol. scriptam a Niceta Paphlagonæ: *Præter ea quæ passim ad oram notavi, placuit quædam enotare ex Georgio Hamartolo, qui diversus est a Georgio syncello Tarasii, quamvis in fronte nomen syncelli præferat: diversus item a Georgio monacho qui Chronicon scripsit, quod a Panvinio laudatur, tametsi Chronicon illud Georgii nomen præscriptum non habeat. Tres enim diversos monachos manuscriptos partim ex Palatina Boiorum, partim ex Augustana bibliotheca, ineditos omnes nec translatos hactenus mecum habeo conferoque.*

(g) Hinc apparet non diu post vixisse. Cæterum pag. 528 adnotatum, ἕως ὧδε τὸ Χρονικὸν Γεωργίου, καὶ ἀπὸ τῶν ὧδε τοῦ Λογοθέτου.

(*) Hoc munus nostris diebus præstitit vir clarissimus Carolus Benedictus Hasius, Institutii Franciæ et Academiæ Inscriptionum socius. Estr.



ΧΡΟΝΟΓΡΑΦΙΑ

ΕΠΙΓΡΑΦΗ

ΕΚ ΠΡΟΣΤΑΓΜΑΤΟΣ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ

ΤΟΥ ΦΙΛΑΧΡΙΣΤΟΥ ΚΑΙ ΠΟΡΦΥΡΟΓΕΝΝΗΤΟΥ ΔΕΣΠΟΤΟΥ

ΥΙΟΥ ΛΕΟΝΤΟΣ,

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΔΕΣΠΟΤΟΥ ΚΑΙ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ

Ἀρχομένη ἡ δ' αὖτις ἐληξε Θεοφάνης τῷ βασιλεῖ Μιχαήλ υἱοῦ Θεοφίλου, τοῦ κουροκαλάτου, ἡγούρου ἀπὸ τῆς βασιλείας Λέοντος τοῦ Ἀρμενίου ἡ.

Τῶν δὲ κατ' ἕκαστα τὰς ὑποθέσεις ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Κωνσταντῖνος φιλοπόνως συνείλεξε καὶ εὐσυνόπτως ἐξέθετο, νῆ τῶν ἡ μεταπειτα θῆλα γίνε. . . . τῆς βασιλείας ἡ.

CHRONOGRAPHIA

CONSCRIPTA

JUSSU CHRISTI AMANTIS AC PORPHYROGENNETI

DOMINI CONSTANTINI

SAPIENTISSIMI DOMINI LEONIS IMPERATORIS FILII

Inde ducens exordium ubi Theophanes desit Michaelie scilicet Theophili filio Curopolata imperatore, hoc est a Leonis Armenii imperio

Argumenta singula Imperator ipse Constantinus studiose collegit, et ne posteros superiorum temporum gesta lateant dilucide, et ut capi facile possint, edidit.

1-3 Hoc quoque omnino, sapientissime princeps, ad alia tua multaque ipsa et magna ornamenta virtutesque accedit, quod ea quæ tempore perfluxerunt jamque esse desierunt, ad vitam denuo ortumque novum & studeas revocare, historiæque bonum cura præsequaris, nec velut ii qui ante imperii clavum moderati sunt, abs te negligi patiaris. Atque horum quidem, qui ea æmulati sunt quæ nemo bonus unquam æmuletur, nulla nobis mentione habita, fuerunt quidam qui ut supra vulgus præstarent, nihil operæ posuerunt, quod neque litteris educati sint, sed rusticitatis ludibrium propudiumque exstiterint. Quid enim ejusmodi imperatorem excolere deceat, quod homini ratione prædito nihil commodi afferat? cum magis deceat virorum curam habere, præcipueque scientiæ rationalis, quibus imperii robor præstatur, ne homines in præceps ruentes paulatim obtritescant, ac ne id quo universis præcellimus, silentio traditum periclitetur.

A Καὶ τοῦτο πάντως τῶν σῶν, ὃ φιλοσοφώτατε βασιλεῦ, καλῶν, μετὰ γε πολλῶν ἄλλων τε καὶ μεγάλων, τὰ τῷ χρόνῳ παραρρῦέντα καὶ κεχωρηκότα πρὸς τὸ μὴ ἂν πρὸς παλινοζωίαν αὐθις καὶ παλιγγενεσίαν ἀναγαγεῖν [P. 2], καὶ τοῦ τῆς ἱστορίας ἐπιμεληθῆναι καλοῦ, ἀλλὰ μὴ τοῖς πρὸ τοῦ τῆν βασιλικὴν ἐπιλημμένοις ἁμεληθῆναι ἀρχῆν. Οἱ μὲν γὰρ ζῆλον ἐζηλωκότας τοῖς ἀγαθοῖς ἀζήλωτων ὑπεξηρήσθωσαν τοῦ λόγου. Τινὲς δ' ἐπινοοῦνται ἐσπουδάσαι τῶν πολλῶν κατ' οὐδὲν, ὅτι μὴ λόγου σύντροφοι, ἀλλ' ἀγροικίας γεγονάσι κατεντρόφημα. Τί γὰρ τοιαῦτον ἐξασκεῖν αὐτοκράτορα δεῖ, ὃ μὴ... ἐπιφέρει ἡ τῆν ὄνησιν μετὰ λόγου γινομένων; ὁ δὲν ἐπιμελεῖσθαι ἀνδρῶν καὶ τῆς λογικῆς ὅτι μάλιστα ἐπιστήμης, ἐξ ὧν τὸ κράτος βασιλείας, ὡς ἂν μὴ λάθοιεν κατὰ

B πρᾶνοῦς φερόμενοι ἀλογωθέντες οἱ ἄνθρωποι, καὶ κινδυνεύουσι τοῦτο, ὃ τῶν πάντων διαφέρουσαν, ἀφωνία παραδοθέν.

VARIE LECTIONES.

¹ ἀρχομένη P (i. e. editio Parisiensis) invito, ut Hasius testatur, codice. ² post Ἀρμενίου in P lacuna, quæ non est in codice. ³ νῆ τῶν ἡνα τῆς P. ⁴ τῆς βασιλείας om. P. ⁵ τοὺς — ἐπιλημμένους? ⁶ οἱ τινες? ⁷ μὴ κοινήν ἐπιφέρει? ⁸ γινομένων?

Ἄλλ' ὅσον μὲν σοι πεπότηνται, πραότατε βασιλεῦ, ἅπερ ἐπὶ τὴν λογικὴν καὶ τὴν τῶν ἀνδρῶν ἐπιμέλειαν, ἵνα τῆλλα....., θεωρήσουσι μὲν οἱ σοφοί, ὅτι δὴ καὶ σὺ, μᾶλλον δὲ δὴ σὺ σαφῶς, ὅτι γε καὶ ἐκεῖνοι σοφοί. Ἱστορεῖς δὲ αὐτὸς, χεῖρα μόνως λαβῶν ἡμῶν διακονουμένην σοι, ὅσα τοῖς πρὸ σοῦ βεβίωται, καὶ ἀποχρώντως ἔχῃσι τὸ φαῦλον καὶ οὐ λαμπρὸν, ἐπεὶ καὶ τούτων ἔνεστι θηρᾶσαι τοῖς σπουδαίοις τὰ χρήσιμα. Ἄμελει τοιγαροῦν πάσης ἀσχολίας καὶ ἀργίας τὴν περὶ λόγου προτετιμηκῶς σπουδὴν, ἅτε δὴ οὗτου μάλιστα τοῖς ὑπηκόοις φιλομαθεῖς τε καὶ φιλοστοροῦσιν ζῆλον καὶ ἀρετὴν ἐγγενῶντος, τὰ μὲν ἐκ τῶν γεγραμμένων, τὰ δὲ ἐκ τῶν ἀκοῆ παραδεδομένων συνηθροικῶς ὡσπερ τι κοινὴν διδασκαλείον προθεῖναι πᾶσιν ἐβουλεύσω καλῶς, ἐκείνην ταύτης ὁ ἀρχὴν εἶναι νομίσας τῆς ἱστορίας ἀρίστην, τὴν τῷ μακαριῷ Θεοφάνει γενομένην κατάληξιν, (1) [πάντων τῶν βασιλείων ἕως τοῦ νυνὶ καιροῦ καὶ τῆς βασιλείας σου τὰ πεπραγμένα διὰ λόγου συλλαβεῖν· εἰ καὶ τοῦ ἀοιδίμου σου πηκποῦ τοῦ ἐν βασιλευσὶ εὐκλειοῦς βασιλέως Βασιλείου τὰ παρὰ σοῦ ἱστορούμενα, καὶ μετὰ πάσης σαφηνείας καὶ λόγου εὐκοσμίας κατὰ τὸ τῶν γενομένων ἀληθὲς καὶ εἰλικρινὲς εἰς τὸ φανερὸν παρὰ τῆς σῆς πολυμαθεστάτης εἰδήσεως ἔξαγορευθέντα, περιττὸν ἂν εἴη οὐδοτιοῦν διηγήσασθαι] ὅν κατὰ συγγένειαν καὶ ἀγγιστεῖαν, τὸ εἶναι υἱωνὸς λαχῶν, ἀποσεμνύνεις τε ἐκ τῶν σῶν ἱκανῶς καὶ ἀντιλαμβάνεις αὐθις παρ' αὐτοῦ τινα εὐκλειαν.

[P. 3]. Ἐκείνος μὲν οὖν εἰς τὴν τοῦ κουροπαλάτου Μιχαὴλ βασιλείαν καὶ ἤταν τὴν ἐκ τῶν Βουλγάρων συμβῆσαν αὐτῷ καταπροδοθέντος ¹⁰ ὑπὸ τῶν ἑαυτοῦ κατέληγε, τῆς τοῦ Λέοντος μόνον μνησθεὶς ἀναβρέσεως, μηδὲν μὴθ' ὅθεν ἦν μὴθ' ὅπως ἐτράφη δῆλον τοῖς ἀναγινώσκουσι πεποιηκῶς. Ἡμεῖς δὲ, ὡσπερ τῇ κεφαλῇ τὰ ἄλλα μέρη συνάπτοντες, αὐτὴν τε τὴν ἱστορίαν ὀλόσωμον, ἀλλ' οὐχ ἡμιτελῆ ἀπολείνομεν, καὶ πρὸς τὸν ἐξῆς καὶ κάτω χρόνον τοῖς μὴ βραθυμότερον ζῶσι διαβιβάζομεν, κέρδος, ἀλλ' οὐ ζημίαν αὐτοῖς ποριζόμενοι, εἴγε δὴ καλὸν καὶ πρὸς ἀσφάλειαν εὐδοκίαν τῶν ἀγαθῶν τε καὶ μὴ τὸν βίον διαγιγνώσκωσιν.

VARIÆ LECTIONES.

¹⁰ ταύτην vulgo. ²⁰ καταπροδοθέντι ?

NOTÆ.

(1) Inclasa addita ex conjectura R. P. Goari, eaque non levi, sed ex scriptoris ipsius verbis petita.

Quantam vero tu, mitissime princeps, operam posueris tum in rationali scientia tum in hominum cura, ut alia prætermittam, commemorabunt quidem homines sapientes, quando et tu ipse, vel potius tu ipse palam, quod et illi sapientes. Scribis autem ipse, manum duntaxat nostram tibi ministrantem assumens, quæcunque superioris ætatis hominibus gesta noscuntur, tametsi illa abunde vitiosa sint nec virtutis laude admodum splendebant, quod hinc quoque viri studiosi commodum referant. Sane igitur omni alia occupatione otioque eruditionis litterarumque curæ posthabitis, quod nimirum ea res doctrinæ historiæque amantibus subditorum animis æmulationem virtutemque inferat, ex iis 5 quæ aut ab aliis scripta aut auditione accepta sunt unum corpus contexens, communem quasi scholam universis proponere sagaci consilio decrevisti, hujus historiæ illud optimum ratus initium, ubi felicitis memoriæ Theophanes scribendi finem fecisset, [ita nimirum ut omnium imperatorum ad hanc usque ætatem tuamque imperium res gestas sermone complectatur. Quamquam inclyti avi tui, inter Augustos fama celebrissimi, Basilii imperatoris gesta abs te conscripta, omnique perspicuitate ac sermonis ornatu vere sincereque ab eruditissima prudentia tua, omni denique fide narrata, superfluum nobis sit ullo modo retractare] quem sanguinis necessitudine (illius ipse nepos) propius contingens cum tuis ornamentis abunde honestas, tum rursus quamdam ab eo claritatem recipis.

Is porro in Michaelis Curopalata imperio acceptaque a Bulgaris clade per suorum prodicionem, Leonis duntaxat proclamati Augusti evius facta mentione, scribendi finem fecit, ejusque nec natales aut patriam, nec educationem lectoribus aperuit. Nos autem velut membra reliqua capiti jungentes tum ipsum historiæ corpus integrum, non quasi dimidia parte mutilum, repræsentamus, tum ad ea quæ deinceps secutisque temporibus gesta sunt traducimus, rem scilicet præstantes iis qui in otio et desidia vivere noluerint utilem, nihilque eis damni afferentem. Quippe bonum est et ad securitatem cum primis utile et honorum pariter atque malorum vitam cognoscamus.

ΛΟΓΟΣ Α'.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ ΛΕΟΝΤΟΣ.

LIBER I.

LEONIS ARMENII IMPERIUM.

6 f. Ejus itaque quem dicebam Leonis patria Armenia fuit. Genus partim ex Assyriis, partim ex ipsis Armeniis propagatum fuit. Hi cum ecclesie mentis proposito truci nece parentes sustulissent, exsilio damnati sunt; in quo velut profugi, pauperem tolerantes vitam, quem nominavimus, feram bestiam susceperunt. Jam itaque Leo pubertatis annos ingressus in oppidum Pidra nomine, quod Orientalium thematis est, migravit: ubi cum viriles annos attigisset, bellicosissimis viris truculentissimisque connumeratus, strenui fortisque pectoris viri laude claruit. Nicephorus cum per id tempus imperii habenas moderaretur, in Bulgaria insigni Romanæ rei ludibrio occubuit. Supremum is ducem Bardanium, cognomento Turcum, destinaverat, quinque tunc orientalium thematum agentem præsidem, ac qua pollebat bellica fortitudine ac reliquarum virtutum laude, provida cura gubernantem. Porro Bardanius, ut cui hostium potiri in votis esset, ac cum sibi ipse quotidie imperium somniaret, hunc de quo loquimur Leonem, hominem gravi trucique aspectu 7 atque animo generoso, quique præterea colloquio blandus videretur moribusque urbanus, suis tum satellitibus ac ministris adlegit, atque hoc priorem, aut certe brevi post, Michaelem Balbum, necnon Thomam Gazura palude oriundum, abjectæ omnes sortis homines nullaque hæcenus nominis claritate conspicuos, ac qui tum primum militarium ordinum ducibus tribunisque innotuissent.

2. Hi ergo toti e Bardanio pendebant, inque eum omnes spes suas secularis claritatis jactabant. Bardanius porro imperii nanciscendi cupiditate flagrans viro cuidam in Philomelio monasticam vitam agenti illicque commoranti ejus quandoque adipiscendi animum aperit, ac confert consilium, rogatque ut supplices ad Deum pro eo preces fundat, quo ejus gressus dirigantur exque voti ratione imperii compos fiat. Ad quem protinus monachus: *Noli, Bardani, ejusmodi aliquid temere aggredi ac præsumere, unde futurum ut substantiam amittas et oculi effodiantur aliaque tibi infausta eveniant. Sed si avid probe inque rem tuam consulenti obaudis, quam cito ab ea animum transfer molitione, nullam parandi principatus cogitationem assumens,*

[P. 4] α'. Πατρὶς μὲν οὖν τοῦ δηλωθέντος, Λέοντος Ἀρμενία, γένος δὲ τὸ μὲν ἐξ Ἀσσυρίων, τὸ δὲ καὶ αὐτῶν Ἀρμενίων, οἱ καὶ τοὺς ἰδίους ἐξ ἀνοσίτου γνώμης σφαγῆ ἑμιατόνῳ παραδόντες γεννήτορας ὑπερορίας κατεδικάθησαν, κάκεισε δὴ τὸν πέννητα βίον, ἅτε δὴ καὶ φυγάδες, διαθλοῦντες τὸν εἰρημένον θῆρα ἀπέτεκον. Ἄρτι γοῦν εἰς ἐφήβους ὁ Λέων ἐτάττετο, καὶ κόμην Πιδρᾶν κατονομαζομένην, ὑπὸ τὸ θέμα τελοῦσαν τῶν Ἀνατολικῶν, τῆς πατρίδος ἀλλάσσεται· ἐνθα δὴ καὶ ἀνδρὸς ἡλικίαν δεξάμενος, τοῖς μαχιμωτάτοις καὶ φονικωτάτοις καταριθμούμενος, δόξης εὐμοίρησεν ἐπὶ γενναϊότητι. Νικηφόρος τότε τὰς τῆς βασιλείας ἴθυεν ἤλιας, ὁ τρώπαιον ἐν Βουλγαρίᾳ γενόμενος, καὶ μονοστράτηγον τὸν Βαρδάνιον, ὃ Τούρκος ἐπικλήν, τῶν πέντε θεμάτων τῶν κατὰ τὴν Ἀνατολὴν τὴν ἐφορείαν καὶ πρόνοιαν διοικούμενον διὰ τε τὴν ἐν πολέμοις τόλμαν καὶ τὰς ἀλλας ἐπανθούσας αὐτῷ [P. 5] ἀρετὰς ἐξάπισταίκεν· ὅς ἅτε δὴ τῶν ἐχθρῶν ἀγαπῶν κυριεύειν καὶ τὴν βασιλείαν ἐκάστοτε ὄνειροπολῶν, τοῦτόν τε, περὶ οὗ ὁ λόγος, τὸν Λέοντα καταπληκτικὸν βλέποντα καὶ γενναῖον ἀνάστημα ἔχοντα καὶ ἄλλως ἀστειὸν ἐν ταῖς ὁμιλίαις δοκοῦντα τοῖς ἑαυτοῦ δορυφόροις ἐγκαταλέγει καὶ διακόνους, καὶ πρό γε τοῦτου ἢ μετὰ τοῦτο μικρὸν Μιχαῆλ τε τὸν Τραυλὸν καὶ Θωμᾶν τὸν ἀπὸ λίμνης Γαζουροῦ, ταπεινῶς πάντα· καὶ ἀζήλους ὄντας καὶ ἀρετίως εἰς γνώσιν ἀγομένους τοῖς τὰς πολεμικὰς ἐγχεχειρισμένοις ἀρχαῖς.

C

β'. Ἐκρέμαντο οὖν οὗτοι τοῦ Βαρδάνιου, καὶ ἐναυτῶ τὰς κοσμικὰς ἐλπίδας ἐδάλευον· καὶ οὗτος τῆς βασιλείας ὡν ἔραστῆς ἀνδρὶ τινι μονάζοντι κατὰ τὸν τοῦ Φιλομηλίου γῶρον καὶ ἐνδαιετωμένῳ τὴν ταύτης ἀνακοινοῦται γνώμην αὐτῷ καὶ ἐπιθυμίαν, καὶ πρὸς θεὸν εὐχὰς ἱκετηρίους παρεκάλει τοῦτον ἀναπέμπειν, τὰ αὐτοῦ διαδήματα κατευθυνούσας καὶ τὴν βασιλείαν ἐπιθραβευσούσας αὐτῷ. Ἄλλ' ἤκουσεν αὐθωρὸν, ὡς οὐ δέοι τοιοῦτων κατατολμῶν πραγμάτων, Βαρδάνιε, εἰ ὡν ἀπώλειά τε περιουσίας καὶ ὁμμάτων περιουσίαν καὶ δυστυχία ἄλλως οὐ καλῶς σοι γενήσεται· ἀλλ' εἰ τι ἔχεις πεισθῆναι σοὶ συμβουλεύοντι, ἀποπήδησον τούτων διὰ βρυχῶν, ἀρχὴν τινα μηδ' ὄλωσ τῶν τοιοῦτων σου πραγμάτων βάλλων εἰς νοῦν. Ἐπληρώθη κατηγορίας καὶ

ἀγλῶς ὁ ἀνθρώπος τούτων τῶν λόγων ἀκηχώς. Καὶ ἄ
 τλωσ ἐξήει τοῦ ὄματιου πλήρης ἀθυμίας καὶ οὐλί-
 ψεως. Ὡς δὲ τοὺς εἰρημένους ἀνδρας, Λέοντά τε καὶ
 Μιχαήλ καὶ Θωμά, τὸν ἱππὸν ἀγοντας ἀναβῆναι
 τοῦτον ὁ μοναχὸς ἐθέασατο, τὸν στρατηγὸν ὑποστρέ-
 φειν παρεκλιέτο· καὶ ὡς καινῶν τιῶν καὶ
 ξέτων ἀκούσεσθαι προσδοκῶν, θάττον ἢ λόγος ὑπ-
 ἴστρεφεν. Ἄλλ' ἐκείνον μὲν αὐθις ἐξελιπέρει μὴ πρὸς
 τὰ ἐπιζόμενα αὐτομολῆσαι δεῖν καὶ τὴν ἀπούσαν
 κακοπραγίαν τῆς παρουσίας εὐδαιμονίας ἀλλάξα-
 σθαι· αὐτοὺς δὲ τούτους προφήτιδι γλώττη διεμαρ-
 τήρετο, βεβαιῶν ὡς Ὁ πρῶτος τούτων καὶ δευτέρου
 τῆς σοὶ πεποθημένης βασιλείας γενήσονται ἐγκρατεῖς,
 ἀλλ' οὐ σὺ, ὁ τρίτος δὲ εὐρημίας μόνης καὶ ἀναβρῆ-
 σιως μετασῶν οὐδ' ὄλωσ εὐδοθήσεται, ἀλλὰ καὶ
 κακῶς τὴν ψυχὴν ἀποβρῆξει τὴν ἑαυτοῦ. Τούτοις
 βλλόμενος τὴν ψυχὴν ποικίλως ἠφίει κατὰ πρόσω-
 πον τὰς χροιάς καὶ αὐθις ἀπρὴν τὴν οὐκαθε, ὁμοῦ μὲν
 βλάσφημὰ τινα κατὰ τοῦ ἀνδρὸς καὶ ὕβρεις ἀποβρί-
 πτων, [P. 6] ὁμοῦ δὲ τούτοις τὰς ἐκείνου δι' αὐτοὺς
 ἐξαγγέλλων προβρῆσεις, καὶ γέλωτα πολὺν καταχέων
 τῶν εἰρημένων.

γ. Καίρειν οὖν εἰπὼν τοῖς ἐκείνου λόγοις, τῇ
 ἐννεακαιδεκάτῃ τοῦ Ἰουλίου μηνὸς τῆς ια' Ἰνδι-
 κτιῶνος κατὰ τοῦ βασιλεύοντος Νικηφόρου χεῖρα συν-
 αθροίσας πολλὴν, καὶ τὰ ὑφ' αὐτὸν τέσσαρα θέματα
 τοῖς ἑαυτοῦ λόγοις ὑπαγγῶν, τῶν Ἀρμενικῶν
 χωρὶς (οὐδὲ γὰρ ὑπέβλεψεν αὐτῷ), τῆς ἐπαναστάσεως
 ἀρχεται. Ἐμῖσι μὲν οὖν τότε τὸν Νικηφόρον τὸ
 ὑπῆκουον τῷ βάρει πιεζόμενον τῶν δημοσίων τελῶν, ὃ
 γέγονε πως καὶ ἀφορμὴ καὶ σύνδρομον ἐκείνῳ τῆς
 ἐπαναστάσεως· γέγονε δὲ τι καὶ ἕτερον αἰτιον. Ὡς
 γὰρ κατὰ τῶν Ἀγαρηνῶν ὁ Βαρδάνιος ἠνδραγάθη-
 σεν καὶ τῆς γενομένης πολλῆς λαφυραγωγίας δικαίᾳ
 προνοίᾳ πεποίηκε τὴν διανομήν, κατὰ ἄλλα τοῖς
 ἀγωνιζομένοις ἐν πολέμῳ ἀλλ' οὐ κατὰ πρόσωπον τὰ
 ἄθλα προθεῖς, ἔδωκε καὶ βασιλείας τούτοις ἄξι-
 ος μεταλαχεῖν. Ὅθεν ἀναβρῆθεις δημοσίᾳ φωνῇ βασι-
 λεύς, καὶ πολλῶν ἄλλων ἀπολαύσεων τε καὶ γερῶν
 ἐκ τοῦ θήμου καταξιοθεῖς, ὡς καὶ ναὸν ἐπ' ὀνόματι
 αὐτοῦ ἀνεγείραι τε καὶ κατασκευάσαι, τὴν ἐπὶ Νι-
 κομήθειαν φέρουσαν ἦει ὁδόν. Ἄλλ' ἀποχρῶσαν
 καὶ ἐφάμιλλον ὁ βασιλεύων Νικηφόρος δύναμιν ἐκ-
 στρατεύσας, καὶ περὶ τοῦ μέλλοντος δύσελπιν ποιή-
 σας αὐτὸν τῷ κλήθει τῶν ἀντιπαραταττομένων, ἐπει-
 σεν αὐτὸν συγγνώμην φθάσαντα ἐξαιτήσασθαι.
 Ἄρτι μὲν γὰρ Λέων, ἄρτι δὲ καὶ Μιχαήλ ἀποβρῆν-
 τες πρὸς βασιλεῖα, ἄθλον ὁ μὲν τὴν φοιδαράτων καὶ
 βασιλικῶν οἶκον τοῦ Ζήνωνος καὶ τὸν Δαγισθεῖα, ὃ
 δὲ τὴν τῆς κόρτης κόμητος ἀρχὴν καὶ τὸν τοῦ Κα-
 ριανοῦ οἶκον ἀπενεγκάμενοι, οὐκ ἀγαθὰ φρονεῖν
 αὐτὸν περὶ ἑαυτοῦ πεποίηκασιν. Ὅθεν αὐτῷ τε
 καὶ τῷ λαῷ συγγνώμην αἰτούμενος ἐκ βασιλείας
 μέγχι τῶν Μαλαγίνων ὑπέστρεφεν· κάκει τοὺς τῆς
 ἀπαθείας λόγους δεξάμενος καὶ τὸ χρυσῶν σταυρί-
 θιον, ὃ παρὰ τοῦ Νικηφόρου φορούμενον αὐτῷ

cujus res se ita habeant. Quo audito moestitia quae-
dam ac caligo hominem incessit, tristisque et af-
flicto animo e tugurio pedem refert. Tum mona-
chus, quos dicebam viros, Leonem scilicet et Mi-
chaelem et Thomam, equum adducentes, quem
conscenderet, videns, ducem redire jubet. Is vero
nova quaedam et inaudita se auditorum sperans
dicto citius reversus est. Tum ille iterum Barda-
nius rogare ac obtestari, ne ipse sponte ad parata
mala procurrat, neve absens infortunium cum praes-
enti rerum secundarum statu commutare quaerat.
His autem ipsis futurorum praescia lingua contesta-
tus est certoque affirmavit fore ut primus alterquo
imperii, quod sic ille deperiret, compotes fierent.
ipse illo nunquam potiretur. Tertio, cum fausta
omnia publicamque acclamationem consecutus es-
set, nihil ex voto ac prospere cessurum, sed fore
ut et animam male abrumperet. His mente per-
culsus Bardanius, ac vultus colorem identidem
mutans, rursus domum abiit, simul imaledicta quae-
dam verbaque atrocia in monachum jactans, illius-
que sic in eos fausta vaticinia narrans, multoque
risu hominis dicta excipiens.

3. Ejus itaque sermonibus valere jussis, ad deci-
 mam nonam Julii mensis, indictione undecima,
 ingenti adversus Nicephorum imperatorem coacto
 exercitu, eque subjectis thematibus verborum le-
 nocinio quatuor in sententiam pertractis, Arme-
 niis dumtaxat in fide perstantibus (aec enim ut
 Bardanio morem gererent induci potuerant), re-
 bellionem orditur. Erat vero Nicephorus tum sub-
 ditus exosus, quod publicorum vectigalium gravi
 onere eos opprimeret. Hinc novandarum rerum
 ansa quaedam et occasio fuit; sed et alia quaedam
 huic causa accessit. Nam cum Bardanius adversus
 Agarenos rem feliciter gessisset, praedamque, qua
 potitus erat, maximam aequissime inter milites di-
 visisset, nulla personarum ratione, sed pro merito
 eorum qui pugnauerant largitus praemia, tantam
 exercitus omnis inuit gratiam, ut ei dignum pu-
 taverint quod imperio potiretur. Hincque adeo pu-
 blice imperator proclamatus, pluresque alios ho-
 nores ac praemia populi in eum studiis con-
 secutus, ut et templum ejus nomine erexerint,
 Nicomediam versus iter contendit. Verum cum Ni-
 cephorus imperator idoneum nec ullatenus impa-
 rem exercitum in cum eduxisset, et militum multi-
 tudine perculsum de eventu belli desperare coegis-
 set, persuasit illi ut prior veniam peteret. Jam
 enim Leo atque etiam Michael cum ad imperato-
 rem defecissent, ab eoque donati essent, alter sae-
 datorum praefectura regiaque Zenonis domo et
 Dagistea, alter aulae comitis dignitate ac Cariani
 aedibus, fecerant ut suis ille rebus disliceret. Qua-
 propter tum sibi ipse tum copiis veniam ab impe-
 ratore precatus ad Malaginas usque iter reflexit,
 quo loco securitatis fidem accepit, parva quoque

VARIÆ LECTIONES.

.. τὸ vulgo.

cruce aurea, Nicephoro gestari solita, certo datæ fidei pignore ad eum missa. Tum ad Heraclii monasterium noctu aufugit, uno Thoma periculi socio; cumque capitis ornatum vellet auferre, non acquievit monasterii præses. Tum ille ense, quo præcinctus erat, manum amputans, vilique indutus toga, versus Proten insulam iter arripit, quo loco prædium pulchre excultum olim possidebat; in quo et extorrem agere imperator mandaverat. **I**O Illic itaque trajiciens, solitisque precibus initiatus ac monachorum divinum habitum consecutus, mutato nomine Sabbas appellatur, pro sanctioris ab eo arrepti instituti ratione plura ac magna certamina desudans. Haud longum tempus fluxerat, cum Lycæonum quidam impetu in eum facio atque eo oculis orbato, sciente ac volente, qui tum rerum potiebatur, Nicephoro, in divinum magnumque Dei templum confugiunt. Inque eum modum Philomelii quoque monachi vaticinatio exitum habuit. Cæterum ille, velut a quibus beneficio affectus esset, faustis votis homines prosecutus austerioris vitæ disciplinam colebat, vino, piscibus, oleo penitus abstinens, nudo semper capite ac pedibus, vel cum acrior hiems desæviret. Ad hæc una tunica corpus contegebat, æstate quidem pelliceam induens, hieme vero cilicinam. Non triticeo pane vitam sustentabat, sed sibi ipse hordeaceos subcinericios panes faciebat. Hanc itaque severioris vitæ regulam consecutus duravit donec Leo imperio potitus est. Quin et Dominicam conjugem cum filia liberisque domi detondendos curavit, Athanasiam appellans, cunctasque opes in pauperum eleemosynas erogans. Atque hæc quidem ac ejusmodi Bardanii res.

4. Porro Leo clarus habebatur ac superbia crebatur, ex humili atque obscuro conspicuus atque illustris, pro fœderatorum præfectura, quam gerebat. Sed nec ingratos mores exuerat, talem se exhibens adversus **I**I eum qui beneficio affecerat. Cæterum clarebat, aliaque aliis nectens prælia strenue adversus Ismaelitas ac secundo Marte pugnabat, quippe qui et sua ipse indole et exercitatione in eam rem multa virtute pollebat. Quandoque vero ab eo qui tum rerum potiebatur (Nicephorus is erat), quam in copias militares erogaret, pecuniarum vi credita, nihili pendens imperialia jussa ne rem quidem exsequeretur, sed in Euchaitarum ignobili oppido tempus voluptate ac ignavia terens, constituta exercitui stipendia præbere differebat; nec ullam omnino curam ac diligentiam adhibens tum pecuniæ publicæ, tum suo ipsius tutando corpori, ac nec provincialibus conservandis, cum Agarenæ excursions facerent Romanamque ditionem diriperent, solus ipse ac nemo alius confertam prædam citra omnem laborem eis tradebat, non quidem suis ipse fortunis ac periculo (quippe qui ceteri fuga saluti suæ consulebat), sed militaribus

A ἀπέσταλτο πρὸς ἀσφάλειάν τε καὶ πλοῦσιν, πρὸς τὴν τοῦ Ἡρακλείου μονὴν νύκτωρ, τὸν Θωμᾶν μόνον συγχινδυνεύοντα ἔχων, ἀπέφυγεν, τὸν τῆς κεφαλῆς κόσμον ἀφαιρῆσαι οὐδὲ βάζων. Καὶ ὁ μὲν τῆς μονῆς προεστὸς τοῦτο δρᾶσαι τοῦτον οὐ συνεχώρει· αὐτὸς δὲ τῇ ἡ περιεζώνοντο σπάθη τὸν πλόκαμον αὐτοῦ ἀφελῶν, καὶ κενιχρὰν ἐσθήτα ἀμφιασάμενος, εἶχετο τῆς πρὸς τὴν Πρώτην νῆσον πορείας, ἐνθα δὴ τοῦτο κτήμα καλῶς πεπονημένον ἐνῆν, καὶ ὁ βασιλεὺς ἐκεῖ μένειν περιωρισμένον ἐπέτρεψεν. [P. 7] Ἐκεῖσε γοῦν περαιωθείς, καὶ τὰς συνήθεις εὐχὰς καὶ τὰ τῶν μοναχῶν θεῖον σχῆμα δεξάμενος, μετωνομάσθη Σάββας, ἀγῶνας ἀσκητικῶς πολλοὺς ἐνδεικνύμενος. Οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ τινες τῶν ἐκ τῆς Λυκαονίας αὐτῷ ἐπιθέμενοι καὶ ποιήσαντες Ἐρημον τῶν ὀφθαλμῶν, γνόσσει καὶ εἰδῆσει τοῦ βασιλεύοντος, τῷ τοῦ Θεοῦ προσφεύγουσι θάψω καὶ μεγάλῳ ναῶ· καὶ τέλος εἶχεν καὶ ἡ πρόβρυσις τοῦ τὸ ¹² Φιλομήλιον ἐνδιατωμένου μονάζοντος. Ἄλλ' ἐκεῖνος μὲν ὡς εὐεργέταις αὐτοῖς ἐπευξάμενος τῆς σκληροτέρας εἶχετο ἀγωγῆς, οἶνον τε καὶ ἰχθύων καὶ ἐλαίου ὀλοσχερῶς· ἀπεχόμενος, γυμνὴν τε ἀεὶ φέρων τὴν κεφαλὴν καὶ τοὺς ἑαυτοῦ πόδας, κἂν ἔτις σφοδρότερος ἐγγόνει χειμῶν. Ἐτι δὲ μονοχίτων διετέλει, τῷ θέρει μὲν δερμάτινον χιτῶνα ἀμφιεννύμενος, τῷ χειμῶνι δὲ τρίχινον περιβαλλόμενος. Ἐξῆθ δὲ οὐ σιτίῳ, κριθῆς δὲ ἀλεύρω ἐγκρυφίαν ποιῶν. Καὶ οὕτω παρέπεμπε τὸν ἑαυτοῦ βίον, διαρκέσας ἕως ὁ Ἄλων τῆς βασιλείας ἐγένετο ἐγκρατής. Ἀποκαρῆναι δὲ καὶ τὴν ἑαυτοῦ σύμβιον Δομνίκα· ἄμα θυγατρὶ καὶ τοῖς ἑαυτοῦ παισὶν ἐν τῷ ἰδίῳ οἴκῳ ἐποίησεν, μετονομάσας αὐτὴν Ἀθανασίαν, ἅπαντα δηλαδὴ τὸν πλοῦτον διανείμας πτωχοῖς. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὸν Βαρδάνιον οὕτω τε καὶ τοιαῦτα.

B ὁ δὲ Ἄλων εἶχετο τῆς δόξης καὶ ἐγαυρία ἐκ ταπεινοῦ καὶ ἀδόξης περιβλεπτος ὄραθεὶς κατὰ τὴν τῶν φοιδεράτων ἀρχὴν. Ἄλλ' οὐδὲ τῆς ἀχαριστίας ἀπέχετο, τοιοῦτος περὶ τὸν εὐεργέτην φανεῖς. Πλὴν εἶχετο, καὶ μάχαις μάχας ἐπισυνάπτων κατὰ τῶν Ἰσσηλιτῶν ἠνδραγαθίζετο, ἅτε μεγάλῃ ἐν τῷ τοιοῦτῳ μέρει καὶ φύσει καὶ τριβῇ προσφερόμενος δύναμιν. Καὶ ποτε στρατιωτικῶν χρημάτων διανομὴν παρὰ τοῦ τὰ σκήπτρα διέποντος Νικηφόρου ἐγγειρισθεὶς, ἐπεὶ οὐδὲν ἐμελεν αὐτῷ τῶν βασιλικῶν ἐντολῶν, οὐδ' ἐξεπέρινε τι, ἀλλ' ἐν πολίχνῃ Εὐχαιτῶν ἰὸν καιρὸν βρασιῶν καὶ ἀμελείᾳ κατατριβῶν ἀνεβάλλετο τὰ νενομισμένα τῷ στρατῷ παρασχεῖν· καὶ φυλακῆς οὐδεμίαν πρόνοιαν ἔχων, ὅτε μὴ τῶν κοινῶν χρημάτων, οὐδὲ καὶ τοῦ ἑαυτοῦ σώματος, οὐδ' αὐτῶν τῶν ὑπὸ χεῖρας, τῶν Ἀγαρηνῶν ἐκδραμόντων καὶ τὰ Ῥωμαίων ἠξιομένων τὴν λείαν αὐτοῖς· οὗτος, ἀλλ' οὐκ ἄλλος τις, ἀπεπλήρω ἀταλαιπώρως, ἀλλὰ δι' αὐτοῦ μὲν οὐ (δέξια γὰρ φυγῆ τὴν σωτηρίαν ἐπραγματεύσατο), τὰ στρατιωτικὰ δὲ προδοῦς καὶ μόνον οὐχὶ χερσὶ πολεμίοις ἐμβαλὼν χρήματα. [P. 8] Οὐ δὲ ἕνεκα δίκας, εἰ καὶ μὴ τὰς ἀξίας, τῷ καταπιεστῶσαντι δούς Νικηφόρῳ, πληγαῖς τε ταῖς κατὰ νότον

VARIÆ LECTIONES.

¹² τοῦ κατὰ τὸ?

ὑπήχθη καὶ στέρνων καὶ φυγῇ ἀίδιω τὴν ζημίαν ἀπέτισεν. Ἄλλὰ τοῦ Νικηφόρου κατὰ Σκυθῶν ἐκστρατεύσαντος καὶ τραυματιούφικατὰ τὴν παρεμβολὴν τοῦ πολέμου πιόντος μηνὶ Ἰουλίῳ εἰκάδι ἕκτη τῆς τετάρτης Ἰνδικτιῶνος, καὶ τοῦ υἱοῦ Σταυρακίου κατὰ τὸν πόλεμον καιρίαν τρωθέντος ὧς δύο μὲν μόνους μῆνας καὶ ἡμέρας ἐπιζῆσαι ὀκτώ, συμβασιλεύσαντος δὲ πρότερον τῷ πατρὶ ἕτη ὀκτώ μῆνας ἑπτὰ, καὶ Μιχαὴλ τοῦ κουροπαλάτου μετὰ τὴν τοῦ Σταυρακίου γαμβρῶν μὲν Νικηφόρου τελοῦντος, ἐκ γενεῆς δὲ καταγομῶντος τοῦ Παγγαθῆ καὶ κατὰ τὴν θέσιν τῶν Μαγγάνων σκηνοῦντος, τὴν τῆς βασιλείας δεξαμένου ἀρχὴν κατὰ τὸν Ὀκτωβρίον μῆνα τῆς πέμπτης Ἰνδικτιῶνος, ἀπολύεται ὁ Λέων τῆς ὑπερορίας κατὰ τὸ ἐπικρατήσαν ἔθος τῆς χρηστότητος ἕνεκεν τοῖς Ῥωμαίων βασιλεῦσι, καὶ τῆς φυγῆς κατατάσσεται, καὶ τοῖς αὐτοῦ τοῦτου δὴ τοῦ Μιχαὴλ βαβδούχοις τοῖς κατὰ τὰ ἀνάκτορα συντάσσεται ἐφεδραῖοι, καὶ πατρικίων τιμᾶται μετ' οὐ πολλὴ τιμῇ, καὶ στρατηγὸς Ἀνατολικῶν ἀναδείκνυται, ἡνίκα καὶ τὴν παλαιὰν φιλίαν τοῦ σὺν αὐτῷ τραφέντος ἀνδρὸς Μιχαὴλ ἀνανεῶν, ὃν κόμητα τῆς κόρης ἢ ἐκ τοῦ Βαρδανίου μετὰ τας προετίμησεν, καὶ τῶν ἀπορρήτων μύστην λαμβάνων, τῶν ἔνδον τε εἶχεν πιστότατον καὶ τῶν ἐκτὸς πρακτικώτατον.

ε'. Ἄλλ' Ἐμαίην ἀθις ἀχαριστίας ἄλωνα γραφῆ, ὠμότητι συντραφεὶς καὶ ἀγριότητι ἐκτραφεὶς ¹², καὶ τοῖς δευτέροις τὰ πρῶτα καλύψαι ὁ ἀλιτήριος. Ὅθεν ἀρεὶ Κρούμνου τοῦ τῶν Βουλγάρων ἡγεμόνος συμβάσεις καὶ φιλίας ὑποκρινάμενος καὶ σπονδὰς ζητοῦντος εἰρηνικὰς, εἰ μόνον τὰ κατ' ἔθος διδόμενα εἰς τάξιν, οἶμαι, δοθῶσιν φόρου αὐτῷ, ὧς τοῖς πρότερον ἔδοξε, καὶ προστιθέντος ὧς καὶ τοὺς πρόσφυγας Βουλγάρων, πρὸς δὲ καὶ Ῥωμαίων εἰς τοῦπίσω ἐκδίδοσθαι τῷ ἑαυτῶν ἔθνει, ἀτοπον ἐφάνη τὸ τῶν προσφύγων τοῖς τῆς συγκλήτου βουλῆς, εἰ καὶ ὁ βασιλεύων Μιχαὴλ ὄλωσ ¹⁴ ἐγένετο τῆς δόξης τοῦ ἀρχόντος τῷ γε δὴ τῆς εἰρήνης βούλεσθαι μὴ ἀποτυχεῖν. Ἄλλ' ἐκράτησεν ἡ βουλή, Θεοκτιστον μάγιστρον ἐπικυροῦντα καὶ συνειθέμενον ἔχουσα τῇ θύξῃ, καὶ διελύθησαν πάλιν εἰς ἔργα πολέμου, τοὺς λόγους καταλιπόντες γυμνοῦς. Καὶ τοῦτ' εἰκότως ἐφάνη καλόν [P. 9] πῶς γὰρ ἂν τις φιλόανθρωπος διέξῃ καὶ συμπαθῆς τὸν γε διὰ τινὰ σφαλέντα δὴ περιπέττειαν καὶ τὴν ἑαυτοῦ μὲν ἀρηνησάμενον ἐνεγκάμενην, ἥ; οὐδὲν γλύκιον, ὧς φασί, πρὸς δὲ καὶ γαμετήν τε καὶ ἔγγονα, ὧς εἰς ἄσυλον καταφυγόντα βωμῶν τῇ τῶν Ῥωμαίων πολιτείᾳ, τοῦτον ἐκδίδοσθαι ὠμότητι Σκυθῶν, θηρίων διεννηοχῶτων οὐδέν; οἷς γὰρ τὸ φοβερόν καὶ ἀγριὸν ὀρώσιν αὐτῶν τοὺς πολλοὺς μὴ ὑποφέροντας καὶ διὰ τοῦτο ἀπορρέοντας πρὸς τὸ ἡμερον καὶ πρῶτον ἡμῶν συγχῶς, ἅτε δὴ, μὴ κατὰ μικρὸν λάθωσιν ἑαυτοῦς πρὸς ἡμᾶς ἐκκενώσαντες, δεδιότες οἱ σφῶν ἀρχηγοὶ τὸν πολὺν περὶ τούτων λόγον πολλάκις καὶ μέχρις ἡμῶν κενική-

pecuniis proditis et quasi in manus hostium coniectis. Quamobrem etiam eklem Nicephoro, a quo pecunias consignatas acceperat, pœnas dedit, etsi leviores quam delicti ratio exposcebat, nempe dorsum renesque verberibus affectus, perpetuoque exsilio multatus. Cæterum cum Nicephorus adversus Scythas movens accepto in acie vulnere satis concessisset Julii mensis vigesima sexta, indictione quarta, Stauraciusque ejus filius ipse quoque lethali in prælio affectus vulnere non plures duobus mensibus diesque octo patri superstes exsultisset, Michael **12** vero Europalata post Stauracium secunda Octobris vita functum (erat is gener Nicephori, Rangabæ ortus prosapia, ad armamentarii ædes morans) imperii sceptrâ adeptus esset mense Octobri, indictione quinta, Leo exsilio solvitur, Romanorum principum, cum primum inaugurantur, solemnî clementia; atque a fuga revocatus ipsius Michaelis palatinis lictoribus accensetur. Nec longa mora, patricii dignitate augetur duxque Orientalium creatur, quando et Michael veterem viri, quæcum fuerat educatus, amicitiam renovans, quem aulæ comitem relicta Bardanii factio ante provexerat, arvanorumque conscium assumens, rerum domesticarum fidissimum testem eorumque quæ foris agenda essent efficacissimum ministrum adhibuit.

5. Rursus tamen ingrati animi labem sibi aspersurus erat homo crudeli ingenio agrestique indole educatus, ac qui priora sua, mortalium scelestissimus, sequentibus esset obscuraturus. Unde cum jam Bulgarorum dux Crumnus concordiam et pacis fœdera amicitiasque ambire se simularet ac animum pacis cupidum præferret, dummodo annua, quæ pendi solita erant pro eo ac majoribus visum erat, Romani tributa præstarent, ea demum adjuncta conditione, ut et Bulgarorum vicissimque Romanorum imposterum transfugæ suæ quique genti redederentur, transfugarum **13** caput illud absurdum senatui visum est, quanquam Michael imperator totus in principis Bulgarorum sententiam ibat, quod ineundæ pacis occasionem illam sibi volebat aufugere. Obtinuit tamen senatus sententia, quam Theoctistus magister sequeretur ac cui vim ac pondus auctoritate sua adjiceret. Iterum ergo relictis colloquiis ad belli aleam revocatum negotium; idque magis decere merito judicatum est. Quomodo enim non omnem humanitatis sensum exuisse arbitrandus est, qui hominem casu aliquo aut vicissitudine in errorem prolapsum, patriaque, qua nihil dulcius esse aiunt, contempta, ad hæc uxore et liberis, ceu ad aras inviolabiles, ad Romanæ ditiosis loca confugientem, Scythicæ gentis immanitatis, cujus a feris nihil indoles differat, dedendos putaverit? cum enim terribiles trucesque ac feri sint, multos suorum id non ferentes ad lenitatem et mansuetudinem nostram sæpenumero transire ani-

VARIÆ LECTIONES.

¹² ἐκτραφεὶς] αὐ ἐντραφεὶς? ¹⁴ ὄλωσ?

madvertunt. Ne igitur universa ipsorum gens in nostram paulatim sese offundat, veriti eorum principes sæpius et ad nostram usque ætatem multos de hac re sermones moverunt. In vanum tamen, quod communi fertur adagio, cecinerunt, viros dimoverentur.

